oritur ad angulum valde acu-
tum II. 878. oriri ad angulum
paululum recto minorem II. 948.
rami a pare quinto accedentes
sunt a ramo anteriori non vero
a posteriori II. 878. aliquando
par sextum sinistrum ramos duos,
par vero dextrum unum ablegat
pro intercostali II. 880. aliquan-
do nihil habet a quinto pari *ibid.*
plerumque simplici radice oritur
aliquando tamen duplici IV. 431.
oriri maxima ex parte ex secun-
do ramo quinti VII. 457. inter-
costalem non ex quinto vel sex-
to oriri, sed illis tamquam fini-
bus suis inferi II. 894. interco-
stalis fibras, penetrare membra-
nas sexti microscopio compici
posse II. 895. eum oriri ex omni-
bus nervis quos accipit a variis
spinae, cervicis, dorſi & lum-
borum nervis II. 896. experi-
mentum probans intercostalem
ex vertebralibus oriri IV. 120.
nervi intercostalis origines ex
sesto & quinto nervorum pari
forte non dari in fetu II. 895.
intercostalis plexus intra sinum
cavernosum II. 879. ramus ad
rete nerveo-arteriosum in sinu
cavernoso II. 913. 914.
- ... in capite aliquando insulam fa-
cit II. 914.
- ... transitus cum carotide per cana-
lem osseum II. 879. 882. inter-
costalis rete innatum involucro
carotidis internae in canale of-
feo, contentae IV. 431. rami in
ipso canale osseo emissi II. 882.
ejus duo rami in medio conti-
nent carotidem donec percurso
canale osseo iterum in truncum
coant IV. 431. certius videtur
firmari in capite adulti quam
junioris II. 882.
- ... ramuli ad corneam oculi IV.
119.
- ... intercostalis quaenam cum reli-
quis nervis communia habeat II.
896. quaenam peculiaria II. 897.
nervus intercostalis in receptacu-
lo sanguine foveatur II. 879. un-
de rubet II. 880. sub canale ca-
rotico magis albidus & firmus
est quam in sinu II. 918. etiam
extra caput rubet II. 948.
- ... exitus ex canali osseo II. 882.
cranio egressus duplex visus est
II. 883. intercostalis dextri ate-
ris in collo describitur II. 917.
sinistri lateris in collo descriptio
II. 923. sqq. intercostalis rami
a cervicalibus II. 883. sq. gan-
glion primum seu cervicale su-
perius *ibid.* ganglion parvum in
divisione trunci carotici positum
& ex ramis cervicalis ganglii
principis ortum IV. 431. ex gan-
glio superiori descensus II. 884.
in hoc loco in sinistro latere fre-
quentius cum octavo communi-
cat quam in dextro *ibid.* inter-
costa.

costalis iter per thoracem II. 886. a collo ad medianam circiter pectoris altitudinem descriptio II. 921. intercostalis dextri inter quartam & quintam costam ramus peculiaris ad cor tandem terminatus VI. 786. ramulus comite vena bronchiali ad pulmones decurrens II. 887. intercostalis nervi duo rami subclaviam arteriam continent IV. 435. distinctio intercostalis in superiore & inferiore II. 887. intercostalis superioris sive mesenterici transitus per diaphragma ibid. intercostalis maxima communicatio cum vago est in pleu- xu mesenterico superiori II. 889. inferioris rami ad plexum mesentericum inferiorem II. 890. inferioris transitus per abdomen & pelvis II. 891. sq. intercostalis distributio & connexio in abdomine I. 726. sq. nervorum plurium abdominalium communica- tiones II. 932. sq. ansa arteriam mesentericam superiore ac coeliacam amplectens I. 727. Intercostalis nervi rami ad meso- colicam sinistram IV. 432. intercostalis sinister in abdomine describitur II. 934. sq. dextri lateris in abdomine visi descrip- tio II. 936. intercostalis totius propaginum finis II. 892. ejus propagines in ischiaticum ner- vum inseruntur ibid.

Nervi intercostalis praecipua dignitas variusque usus II. 897. 941. cum omnibus fere visceri- bus commercium habet II. 941.

eius laesiones quae mala produ- cant II. 903. eo in collo ligato quaenam orientur phaenomena II. 900. intercostali & octavo in collo abscessis canem per se- ptem adhuc dies vixisse II. 901. intercostalem diastolis cordis cau- sam esse non posse II. 903. eo in collo discesso non solum par- tes intra dissectionis locum sed & supra eum postea adficiuntur IV. 120. intercostali dissecto cor-nea complanatur IV. 120.

Nervi spinales vid. Spinal.

Nerveo-lymphatica vasa III. 456.

Nesbit (Robert) Human osteogeny VI. 244.

Neurov & partem νευρωδη quid veteres vocaverint I. 120.

Nichols (Francis.) Compendium anatomicum VI. 246.

Nicolai (Henr. Alb.) de directio- ne vasorum II. 481. Decas ob- servationum anatomicarum VI. 687.

Nicotianae folia comepta quos effe- ctus produixerint VI. 719.

Nitri vires III. 179. nitri spiritus dulcis pituitam scorbuticorum tenaciorem efficit VII. 380.

Noctuae cornea multo magis pro- minet quam humana IV. 125.

Noreen (Job.) de Mutatione lu- minum in vasis hominis nascen- tis in specie de uracho V. 713.

Nostralgiae declaratio IV. 442.

Nutritio III. 677. ejus gradus III. 684. distinctio in veram & spu- riariam rejicitur III. 697. ejus ne- cessitas III. 684. quo modo fiat

II. 342.

I N D E X.

II. 342. nutritiorum succorum natura & qualitates III. 699. nutritionem non a sola vasorum expansione pendere nulla partibus solidis adjecta materia III. 687. nutritionem in singulis vasis superfici III. 695. nutriones materiam ad partes nutriendas per vasa avehentia non deferri III. 698. nutritiae partes quibus potentiss staminum nutriendorum rimas subeant ac in iis retineantur III. 704. nutritio quarundam partium an a nervis I. 19. eam per nervos absolvit II. 898. nutritiae glandulae rejiciuntur III. 698.

Nutritio fetus in utero *vid.* Fetus nutritio in utero.

Nutrices cum lacte morbos suos infantibus communicare V. 743.

Nymphae muliebris ingentis exemplum V. 238. pori inter labia & nymphas setam admittentes visi VI. 707.

O.

Obauditio quid? IV. 311. obauditio succo semper vivi majoris fassata IV. 329. *conf.* Auditus via.

Obesitatis & adcretionis differentia III. 716.

Obesorum fauces describuntur III. 102. earum differentiae III. 110. puella undecim annorum ponderis ducentarum librarum III. 111. ad obesitatem obtinendam nativa quaedam cellulose laxitas requiritur III. 112. quo mo-

do ex voracitate & aliis causis inferatur III. 112. *obesorum* & simul robustorum vitae commoda III. 113. & incommoda III. 115. *obesorum* debiliorum incommoda III. 117. *obesorum* robustorum morbi III. 118. consilia pro horum incommodis & morbis levandis III. 123. *obesorum* debiliorum morbi III. 119. consilia pro horum incommodis & morbis levandis III. 126. *obesorum* robustiores quibus naturae motibus & excretionibus levantur III. 120. quibus debiliores III. 122. qualis exercitatio corporis obesum conveniat III. 129.

Obliquus externus seu descendens abdominis I. 268. VII. 214.

Obliquus internus seu ascendens VII. 214. quo modo actionem ventriculi juvet I. 278.

Obliqui oculi *vid.* Oculorum musculi obliqui.

Obstetrices ungue suo nunquam divellant frenulum linguae infantilis I. 141.

*Obstruc*ti*o vasorum:* globuli sanguinei in partem obstructam insipientes resiliunt III. 663.

Obturatores *vid.* Rotatores femoris.

Occipitalis carotidis ramus cur serpentinam habeat directionem VI. 774.

Occipitalis musculus VI. 597. 608.

Occipitalis nervus *vid.* Nervus decimus Willisi.

Occipitalis arteria cur serpentinam habeat directionem VI. 774.

Occi.

I N D E X.

- Occipitis os:* ejus descriptio VI. 342.
 apophyses VI. 273. spina ejus
 externa VI. 275. sulcus pro finu
 durae matris laterali excipiendo,
 in infantibus semper, in adultis
 rarissime utrinque aequem magnus
 est VI. 766.
- Oculus:* scriptores de oculo IV. 265.
 ejus in diversis animantibus dif-
 ferentia VII. P. II. 67. libellae
 oculus quo modo constructus
 IV. 298. qualis in piscibus IV.
 305. monoculorum exempla II.
 976. defectus in monstro V. 121.
 quam primum adpareant in fe-
 tu V. 115. constitutio in nuper
 natis VII. P. II. 331.
- ... oculi partes recensentur IV.
 137. 229. partium distantiae &
 situs respectivi IV. 269. sqq. da-
 tis situ orbitae, ejus figura &
 magnitudine oculi, centrum o-
 culi in orbita invenire IV. 270.
- orbita:* ejus descriptio VII. P.
 II. 68. periostium ejus 74. or-
 bitae fetus differentia ab adulti
 orbita 74. orbitalum oculi figu-
 ra & situs respectivus IV. 265.
 orbitalum oculi horizontaliter
 sectarum figura desideratur IV.
 266. foramina in orbita oculi
 reperiunda enumerantur VII. P.
 II. 71. orbitae nthus VII. P. II.
 75. tumor ex orbita extirpatus
 VI. 743.
- ... oculi motus IV. 137.
- ... *musculi* VII. P. II. 117. ubinam
 inferantur IV. 292. sq. eorum
 actio IV. 179. oculi motus in
 gyrum a rectis musculis produ-
 citur IV. 138. eorum vasa &
- nervi VII. P. II. 121. sq. pin-
 guedo muscularis circumfusa quem
 usum habeat VII. P. II. 122.
- ... *musculi obliqui* VII. P. II. 120.
 eorum actio IV. 138. eos cor-
 neam convexiorem facere IV.
 145. oculum efficere longiorem
 sique lentem a retina elongare
 IV. 178. gracilimus Albini VII.
 P. II. 121.
- ... *musculi recti vid.* Recti oculo-
 rum musculi.
- ... *oculi moderatores* Valsalvae IV.
 292.
- ... membrana nictitans VII. P. II.
 132.
- ... globi descriptio VII. P. II. 79.
 exsiccati pondus IV. 115.
- ... tunicae VII. P. II. 80. vel com-
 munes sunt vel propriae IV. 108.
 quo modo flatu praeparandae VI.
 16. conf. Conjunctiva, Sclero-
 tica, &c.
- ... tunica Ruyshiana: ejus vasa IV.
 102.
- ... oculos recens natorum claudens
 membrana V. 715. quo modo
 administranda VII. P. II. 330.
- ... pinguedo inter scleroticam &
 choroideam reperta VI. 667.
- ... humores secerentia vasa III. 563.
 humores omnes exempti an restitu-
 ti possint *ibid.* *vid.* Aqueus
 humor, &c.
- ... *vasa sanguifera* IV. 101. arte-
 riae VII. P. II. 82. 193. venae
 IV. 104.
- ... *nervi* VII. P. II. 84. nervi omnes
 suas ad oculi musculos arterias
 secum adferunt IV. 103.
- ... oculi

I N D E X.

- Oculus*: oculi & narium consensus IV. 103. oculorum consensus cum reliquis visceribus II. 905. ... oculi ignei in iratis unde I. 15. ... oculi mutatio a nervo intercostali in collo ligato II. 900. ... in oculo istu percullo quo modo lux oritur II. 995. ... cur splendorein suum perpetuo servet IV. 130. ... tela mucoso-fibrosa in oculis moribundorum adparens quid? IV. 128. moribundorum oculi cur flaccidi vel minus splendentes IV. 302. ... lemae quo modo orientur IV. 57. ... oculus artificialis IV. 129. ... oculum esse cameram obscuram ex ejus fabrica deducitur & experimento addito de monstratur IV. 170. de oculi praerogativis arti in parandis cameris obscuris inimitabilibus IV. 176. ... oculos obscurari a superciliis IV. 304. ... oculus felis in aquam mersae cur distinet reflectat choroideam & optici insertionem IV. 113. 126. ... oculo utroque num idem objectum conspicitur IV. 212. oculo alterutro clauso objectum viseri obscurius IV. 213. oculis recte constitutis, utriusque axis versus idem punctum dirigitur *ibid.* haec directio utrum proveniat a nervis iisdem ad similes, sive eosdem musculos tendentibus? an a nervis coenitibus IV. 294. oculus undenam locum ob-
- jecti determinet IV. 215. oculus quando se accommodat ad objecta diversimode distantia videnda, qua facultate id efficiat, IV. 296. VII. P. II. 137. fqq. ... oculi examen in vacuo Boyleano IV. 587. ... oculi praeter visum alii usus IV. 306. ... quo modo a natura cautum sit ne oculo ab anterioribus aliquid noceat VII. P. II. 123. ... *morbi*: lac ad eos proficuum V. 763. carcinoma VI. 708. hypopyon *ibid.* oculi vulnus lethale VII. 432.
- Odontalgia *vid.* Dentium morbi.
- Odontooides processus *vid.* Vertebra colli secunda.
- Odor varius in variis hominibus II. 685. f.
- Oedemata pedum a methodo antiphlogistica in acutis III. 671.
- Oedema a compressis venis III. 669.
- Oesophagus*: ejus descriptio I. 256. VII. 8. initium quoniam in primis loco sit I. 221. situs in thorace VI. 785. descriptio foraminis in dia phragmate pro illo I. 267.
- ... ejus structura I. 222. fqq. tunicae VII. 208. ad eas administrandas opus esse ut aliquamdiu in fervida detineantur VI. 20. tunica carne a seu musculara I. 224. 227. VII. 36. tunica nervosa I. 225. 227.
- ... oesophagaeas glandulas congregatas lymphatica recipere III. 528.
- ... arteriae III. 7. ex aorta II. 937.

Q

ex

I N D E X.

ex bronchiali dextra III. 5. 7. ex hepatico-gastrica III. 17.

Oesophagus: venae III. 8.
--- oesophagum non adtrahere ad fe cibum & potum VII. 65. quo modo ingesta ulterius in ventriculum propellat I. 274. VII. 26. quo modo contenta ventriculi per eum ejici rursus possint I. 328.

Olecranon ulnae VI. 298.

Olea lenia cur insipida dicantur I. 157. oleum olivarum & saliva perfecte mixta mox iterum fecidunt I. 774. oleum calore & fritione adjutum corpus intrat III. 644.

Oleum tartari p. d. delet maculas cornes et illinitio spiritus vitrioli ortas IV. 122. fundit putitan scorbuticorum VII. 380. sq. effectus ejus in semen virile VII. 384.

Olfactorii nervi an cavi sint? I. 22. eorum origo I. 23. usus I. 27. eorum mollietates per narium mucum defenditur IV. 40.

Omentum: veteribus notum fuisse VII. 489. synonyma I. 406. ejus descriptio VII. 479. in ejus inflatione praestat tubulum minori orificio praeditum adhibere VII. 488. omentum foraminulentum in puerpera repertum VII. 489. omentum parvum ultra umbilicum exorrectum visum VI. 639. omentum parvum describitur VII. 490. quo modo a peritoneo fiat I. 372. VII. 490. magni ortus & progressus I. 406.

sq. VII. 492. a duodeno & pancreatico non oriri VII. 495. omentum majus cum minore nullam aliquando communicationem habet VII. 494. paries anterior duplex est membrana a ventriculo orta & paries posterior est continuatio anterioris I. 407. sutura in pariete posteriori aliquando adparens quid sit? VII. 497. paries posterior unde oriatur I. 373. paries posterior raro ab externa tunica coli transversi provenit I. 408. nullum omenti partem a colo oriri VII. 496. omenti adnexus ad coli transversam partem varias saepe mutationes facit I. 373. VII. 493. appendix caeca omenti inter lienem & colon VII. 494. observatio de duplice omento in cadavere reperto I. 408. sq. VII. 494. omenti majoris icon VII. 524.

--- *hiatus Winslowianus* per quem flatus omentum subit perpetuus est VII. 491. sq. dupl. portam saepe format VII. 492.

--- *vasa vid.* Epiploica vasa.

--- nervi I. 374. VII. 499. nervi a plexu hepatico II. 888.

--- ductus adiposi non adesse vindentur VII. 499.

--- pinguedo ad humorum massam non reddit per vasa sanguinea sed per lymphatica III. 63. pingues particulas hepatis ab omento præberi non videtur veri simile III. 63. omentum bilis stamina subpedire VII. 502. sed non solum III. 230.

Omen.

I N D E X.

- Omentum:** ejus usus VII. 501.
cur ad umbilicum usque in ples-
risque tantum protensum sit VII.
501.
- ... omentum macilentissimum in
hydropico repertum I. 681. in
fetu ascitico nihil praeternatura-
le nullaque aquam in cavitate
sua ostendebat, sed praeter mo-
rem firma erat, flatumque diu
sustinebat VII. 488. omentum
cum ventriculo & liene in tu-
morem stenomaticum connatum
III. 73. omentum putridum III.
74.
- Omphalocele** ingentis magnitudinis
I. 357. omphalocele in fetu se-
ptimestri VI. 670.
- Omphalo-mesentericum vasculum** VII.
494.
- Onymos** (*Joseph.*) de naturali fe-
tus in utero materno situ V. 319.
- Opacas res** quo modo videmus IV.
185.
- Ophthalmia:** lactis usus in ea V.
763.
- Ophthalmica** arteria IV. 103. VII.
P. II. 83. 193.
- Ophthalmicus nervus vid.** Nervo-
rum paris quinti rami anterior.
- Opiatorum ulus** in morbis venae
portarum quando noxius III.
179.
- Opticus axis vid.** Axis opticus.
- Opticorum nervorum ortus** in cere-
bro VII. P. II. 75. VII. 434.
VII. P. II. 189. albae membra-
nae, quahi nervi superius obdu-
cuntur, origo VII. 435. de eo-
rum conjunctione in cerebro 76.
aliando omnino separati ab
- ortu ad oculi usque globum pro-
cedant 77. eorum involucra 78.
190. eorum durities extra cra-
nium unde? VII. P. II. 192.
- ... **opticus nervus** in orbitam ingre-
diens paululum descendit IV.
273. foramen orbitae pro trans-
itu hujus nervi VII. P. II. 71.
quo loco praecise globum oculi
introeat VII. P. II. 84. angu-
lus insertionis optici nervi in
bulbum quantus sit IV. 272. cur
non in axin oculi insertus sit IV.
238. dato loco in quo objectum
disparet itvenire insertionem
nervi IV. 239. eo in loco ubi
ad oculum venit sclerotican mul-
tis foraminibus perforat, conun-
que illum efficit, ex quo retina
oritur VII. P. II. 195. sqq.
- ... **optico** nervo muscularum ope-
tenso vel laxato an fiat visio di-
stincta IV. 292. **opticorum ner-
vorum vibratio** nativa visionem
non excitat IV. 416.
- ... **vasa sanguifera** VII. P. II. 83.
vasa quae ejus durae matri in-
sunt IV. 102. **opticus nervus** an-
cavus I. 21. ejus porum vas esse
sanguiferum VII. P. II. 79. 192.
arteria centralis IV. 102. oritur
ex ophthalmica interna VII. P. II.
193. haec arteria ramos dat per
totum nervum VII. P. II. 193.
qui corpus tubulosum hujus ner-
vi constituant *ibid.* rami ejus la-
minam vasculosam retinae consti-
tuunt VII. P. II. 199. proprie-
tati etiam humoris vitreo & len-
ti IV. 276. VII. P. II. 201. ve-
na centralis VII. P. II. 202.

I N D E X.

- O**puli medulla VI. 393.
 Orbicularis oris musculus *vid.*
 Oris sphincter.
 Orbicularis palpebrarum musculus
 IV. 89. VII. P. II. 126. Vesalius
 ex hoc uno duos facit musculos
 VII. P. II. 127.
 Orbiculare ossiculum auditus *vid.*
 Auditus officulum semilunare.
 Orbiculus ciliaris *vid.* Ciliaris or-
 bicus.
 Orbitae oculi *vid.* Oculi orbita.
 Orbitalis fissura inferior *vid.* Fissu-
 ra orbitalis.
 Orbitalis processus ossis maxillaris
 VI. 282.
 Orbitalis apophysis ossis palati VI.
 283.
 Orbitaria vena IV. 104.
 Orthopnoeae ortus III. 556.
 Os: oris pulli generatio V. 115.
 --- quo modo aperiatur I. 199. oris
 motus in oscitatione proponitur
 IV. 718. freti oris limites & mo-
 tus in deglutitione I. 207. sqq.
 --- oris flatus *vid.* Flatus oris.
 --- oris sanguis viscidior sanguine
 carotico II. 757.
 --- oris magna pars salivam habet
 ex ductibus sublingualibus Wal-
 theri I. 56. ore aperto dormienti-
 bus lingua secca & gustus nul-
 lus I. 125. oris siccitas in febri-
 bus quo modo emendetur I. 11.
 --- oris foetor *vid.* Foetor oris.
 --- oris sphincter I. 199. 201. VII.
 203.
 --- os embryonis in utero clausum
 repertum V. 286.
 Offa quaenam partes corporis ita
 dicantur VII. P. II. 354. ety-
 mologia *ibid.* divisio in classes
 ibid.
 Offa dealbandi modus VI. 15.
 Ossium medulla *vid.* Medulla of-
 sium.
 Ossium analysis chemica VI. 185.
 --- structura VI. 184. 371. ossium
 structura quo modo indaganda
 VII. P. II. 355. fibrae, lamellae,
 & pori examini subjiciuntur
 VI. 12. cellulæ internam ossium
 cavitatem occupantes a lamellis
 ossium formari VI. 13.
 --- ossium fetus differentia ab ossi-
 bus adultorum V. 732. ossium
 vasa a primordio generationis
 patentiora esse III. 712. ossia in-
 fantis recens nati vasis repletis
 tota rubore profunduntur VI.
 232.
 --- osteogenia quid? VII. P. II.
 354. variorum opiniones de of-
 sium generatione referuntur VII.
 P. II. 357. naturalis & praeter-
 naturalis parem esse rationem VI.
 228. ossium eadem ac aliarum
 corporis partium origo *ibid.* os-
 sificationem particulis salinis in
 primis absolvit VI. 230. os-
 sificatione cur in medio osse incipiat *ib.*
 ossa quam primum in embryone
 adpareant VI. 231. 233. VII. P.
 II. 357. ossa in principio mem-
 branas fuisse VI. 243. an fiant
 ex membrana & cartilagine VI.
 447. ossificationis in fetu ordo
 VI. 690. ossa in semine animal-
 culo jam esse delineata & con-
 ceptu facto, demum turgere in-
 cipere VII. P. II. 358.

Offa.

I N D E X.

Ossificationis praeternaturalis exempla VI. 227. 234. 692. VII. P. II. 368. os in cerebello epileptici repertum VII. 451. ossificatio in valvulis cordis visa II. 107. valvularum aortae incipiens cum polypo II. 401. in aorta visa II. 108. ossicula p. n. in visceribus & abscessibus reperta, ad calculos esse referenda VI. 238. ossificationem praeternaturalis partibus salinis esse tribuendam VI. 239.

Ossium fibrarum nutrimentum III. 572. VI. 228. 231. ossa quo modo crescant VI. 231.

venae & arteriae cur non iisdem locis transeant II. 534. vasorum transitus ad medullaria ossium cava VI. 376. canales per quos vasa transeunt cur varias habeant directiones II. 535. vasorum distributio in interiori ossium substantia VI. 379. vasa ossium a primordio generationis patentiora esse III. 712.

unde duritatem habeant VI. 229. globulus ex osse factus resilit ut eburneus III. 662.

an sentiant VI. 188. cur absque sensu? III. 714.

ossium color diversus VI. 245. ossa colore rubro infecta ab esu radicis rubiae tintorum VI. 247.

apophyses ossium capitis VI. 272. sqq. ossium trunci VI. 285. sqq. extremitatum VI. 295.

ossium cavitates quaenam dicantur IV. 22.

ossium articulationes *vid.* Articulatio.

... ligamenta *vid.* Ligamenta.

... cartilagines *vid.* Cartilago.

... osa non esse instrumentum intermediatum mortis III. 366. velis doctrina ad osa applicatur III. 405.

... ossium varia vitia ex colore diagnosticenda VI. 246.

... aliquando lapidescunt III. 713.

... in gelatinam resolvi possunt VI. 229. emollitorum exempla III. 574. 713. VI. 233.

a cartilagineibus solito plus nutritis dimoveri posse V. 378.

ossium fracturae: eorum varia genera VI. 441. quales fasciae & ferulae in iis applicandae VI. 449. medullae in fracturis mutatio VI. 399. fracturae ossium in senibus non facile coalescant VI. 450. cur in sede calli non denuo frangantur VI. 442. ossium fistulatorum fragmenta maxima separata, renataque visa VI. 459. os humeri magna sui parte destrutum sed renatum visum VI. 461.

Oscedo A. Gellii IV. 738.

Oscheocele *vid.* Hernia scrotalis.

Oscillatio quid? II. 613. usus ejus in corpore II. 611.

Oscitatio a pandiculatione distinguitur IV. 717. definitur IV. 718. oscitatione salivales glandulae inpelluntur IV. 725. externe arcatur meatus auditorius, interne tuba aperitur IV. 726. in oscitatione pulmones aere inplentur & asperae arteriae rami intenduntur IV. 731. de oscitatione recens natorum IV. 739.

oscitatio ex consuetudine IV.
741. de oscitatione morbosā
quaedam proponuntur IV. 742.

Otalgia quid? IV. 311. ejus descrip-
tio IV. 320. arenulis excre-
tis soluta IV. 314. otalgia cum
febre acuta a liquore auribus in-
stillato IV. 317. hujus morbi
remedia IV. 330. conf. Meatus
auditorius.

Osteologiae facies tempore Hippo-
cratis VI. 53. Herophili & Era-
fistrati 54. Galeni *ibid.* Osteolo-
giae impedimenta in Italia VI.
56. in Gallia 57.

Ostrearum effectus in perspiratio-
nem III. 617.

Ovale foramen cordis *vid.* Cordis
foramen ovale.

Ovariorum descriptio V. 391. ova-
ria variorum animalium compa-
rantur V. 95. testudinis ovarium
V. 142. eorum constitutio in fe-
tu VII. P. II. 336. in vetulis to-
tum glandosum visum V. 153.
a reliquis glandulis non differre
V. 159. cur in vesiculos extol-
lantur V. 159. sq. quo modo in
gravidis adparuerint V. 289. sq.
cicatrix in tunica ovarii puer-
parum visa V. 429. ovaria in fe-
mina quae semel tantum pepere-
rat cicatricibus plena visa VI.
714. in ovaris stamina futuri
fetus jam ante coitum crescere
V. 79. testes muliebres si s. n.
ova eniti debuissent, aequa cu-
riose id fieret in ipsis velut in
ovariis, aut velut in viviparis
non nullis p. n. de quibus histo-
riæ adferuntur V. 143. fetus in

testibus mulierum reperti gene-
rationem ex ovo non probant
V. 158.

Ovula variorum animalium com-
parantur V. 95. ovula lacer-
torum describuntur V. 168. qua
copia in ovario contineantur V.
406. de ovolorum plurium coa-
litu observationes V. 153. ovula
in ovariis a prima nativitate actu
exstitisse V. 78. ovarium Eva
totum genus humanum conti-
nuuisse V. 406. ovum in testibus
muliebribus reperiundum per
poros membranarum suarum nu-
trimentum recipit III. 512. per
eosdem quoque semen virile *ib.*
ovula in ovariis cuniculorum
gravidarum qualia fuerint reper-
ta V. 146. ovula sanguine di-
stanta in ovariis visa V. 147.
spermaticæ arteriae repletæ fur-
culi prope ovaria ovolorum for-
mam induerunt V. 160. ovula
ab hydatidibus distincta esse V.
392. ovula variis locis, etiam
extra ovaria, visa V. 158. sq.

Ovum foecundum quid? V. 65.
ovi subventanei diversitas a fo-
ecundo V. 406. ovulorum foecun-
dorum & sterilium discriminem de-
terminari non posse V. 164.
foecunda in coitione indure-
scant sterilia minus *ibid.* in sub-
ventaneis etiam reperiiri cicatri-
culam V. 78. subventanea etiam
in homine dari V. 430.

Ovum quo modo ex ovario in tu-
bas Fallopii transeat III. 515.
sq. ova intubas delapsa non ad-
eo frequenter reperiiri V. 151.
ovula

ovula in tubam decidua in numerosis dissectionibus nunquam visa V. 155. ovula talem aliquando in ovario continentum, ut transitus in tubam impossibilis sit V. 159.

Ovulo ex ovario egresso nulla cavitas seu cupula adparere V. 144. qualis ea in vaccis adparuerit *ibid.*

Ovula Graafiana an rudimentum fetus V. 289. ea embryonem ante conceptionem continere V. 395. vera esse ova V. 346. iis in ovario deficientibus peperrunt tamen aliquae V. 244. ovula Graafiana septimi & sequentium dierum in utero esse generata V. 149. ovula duo majora in canis recens in praegnati ovario visa, quorum loco dein fetus duo in cornu ligato reperta sunt V. 429. ovula magis esse cisternas quam ova V. 154.

Ovuli annexio in utero quo modo fiat V. 443. 515. fibrae ovulum in utero ambeantes quid? V. 443. ovulum in uterum delapsum primis aliquot diebus liberum est V. 488.

Ovuli in praegnatio qua ratione a semine masculino fiat V. 347. conceptionem sola ovi muliebris, elasticis quibusdam liquoris masculi particulis inhibet, foecundatione fieri V. 428.

Ovi humani in utero gravido reperi descriptio V. 284. ovulorum minimorum, quae fetus rudimentum continuerunt, ex utero ejectorum historiae V. 413.

ovum humanum ex utero elapsum ovi gallinacei magnitudine visum cui apis instar innatabat fetus V. 432. aliud ovum ovi columbini magnitudine cui fetus formicæ magnitudine innatabat *ibid.* ovi humani gemellos continentis icon V. 710. fetum unus mensis continentis icon V. 711.

Ovi liquidorum examen sub antlia IV. 567. aer in ovo incubato repertus V. 538. aerem in ovis contentum esse in utilitatem futuri pulli IV. 569. impossibilis pullorum ex ovis in vacuo productio *ibid.*

Ovi membranae cum membranis fetum vivipararum ambientibus comparantur V. 100.

Ovula viviparorum magnitudini corporis respondere aliter quam in viviparis V. 145.

Ovi gallinacei partes & quaenam in primis rudimentum pulli continet V. 405. in generatione membra embryonis ex ovi colligamento non delineari & generari V. 407.

Ovum gallinaceum unicum plures interdum excludit pullos V. 406.

Ovi figura non facit ad exclusiō nem pulli maris aut feminæ V. 406.

Ovarii corpus luteum jam ante conceptionem existere V. 394. quo modo in gravidis adparuerit V. 290. 444. VI. 717. majorem ovarii partem occupans in puerperis vistum V. 429. gemina fovea exsculptum erat in femina quae

quae gemellos pepererat V. 395.
corpora lutea in vaccis visa V.
144. in vaccarum cornu in praeg-
nato unum semper corpus lu-
teum repertum V. 96. in felibus
aequarunt numerum catulorum
cornubus inclusorum *ibid.* cor-
pora glandulosa an plurium ovu-
lorum exinanita congeries V.
153.

conf. Vitelli.

Ovaria varie morboſa visa V. 244.
hydatidum in iis ortus V. 392.
in virginum ovariorum hydatides
raro reperiſi V. 393. hydrops
ovarii ab hydatidibus sola mole
diſſere V. 284. ovarium pilis
refertum visa V. 244. ovarium
femininum tophaceo-osteum vi-
sum VI. 692.

Ovarium Nabothianum V. 245. sqq.
289. 345. VI. 707.

Ovaria plantarum VI. 661.

Oviductus variorum animalium
comparantur V. 97. eos ab ova-
rio distare *ibid.*

Oves cur lana detonsa macilenti
reddant VII. P. II. 54.

Ozaena IV. 91. ejus ortus IV. 45.
cura difficultis *ibid.*

P.

Pacchioni sententia de motu menin-
giun II. 779.

Palati ossa quadrata VI. 672. quid
ad orbitam conferant VII. P. II.
70. eorum apophyses VI. 283.

Palati limites VII. 5.

... *glandulae* III. 538. palati car-
nem conglomeratam esse glan-

dulam I. 183. glandularum du-
ctus excretorii II. 696. ductus
salivalis peculiaris ex glandula
palati ortus Albing visus III. 538.

... *palatum molle* seu velum palati-
num quid? I. 186. VII. 5. ejus
limites I. 211. partes constituen-
tes I. 212. id moventes musculi
VII. 34. ejus actio in deglutitione
I. 168. VII. 12. sqq. in
deglutitione elevantes musculi
VII. 207. tempore deglutitionis
nequaquam ad tolli VII. 63. sed
deduci IV. 728. palatini veli
glandulae in primis in ejus an-
teriore parte reperiuntur I. 212.
orificia ejus excretoria I. 62. pa-
lati mollis paralysis deglutitionis
impeditae causa VII. 15.

... faporum perceptio cur palato a
quibusdam sit adsignata I. 161.

Palatinae arteriae non coeunt inter
se II. 38.

Palatina ossis maxillaris apophysis
VI. 282.

Pallor in animi quibusdam adfecti-
bus unde II. 801.

Palmaris brevis musculus VI. 107.

Palmaris longus VI. 108.

Palpebrarum descriptio IV. 89. VII.

P. II. 123. sq. membrana inter-
na IV. 89. ligamenta VII. P. II.
74. palpebrarum moventes muscu-
li VII. P. II. 125. horum mu-
scorum velocitas ingens 128.
superior inferiori longe mobilior
est *ibid.* inferior depresso non
habet *ibid.* humores III. 564.
VII. P. II. 128. glandulae Mei-
bomianae IV. 89. VII. P. II.
132. sq. arteriae IV. 103.

Palpita.

INDEX.

- Palpitatio cordis explicatur* IV.
437. in palpitatione a flicitate
pericardii oriunda percussionem
costarum aequa validam esse VII.
283.
- Pampiniforme corpus* a solis sperma-
ticas venis constitui VI. 778. val-
vulas habet 779.
- Pancreas* qua ratione a peritonaeo
involvatur I. 371.
- arteriae ex splenica III. 19. 32.
- venae III. 33. ex vena portarum
III. 195. ex inferaica III.
197. ex splenica III. 139. 198.
224. ad duodenali III. 219. a ga-
strica dextra III. 223.
- nervi a plexu splenico II. 889.
- *ductus excretorius* nullam habet
valvulam II. 116. usus unionis
& modus quo hic ductus & cho-
ledochus inter se co*unt* III. 267.
pancreatici ductus parietes flavo
colore non fuere infecti VI. 640.
pancreaticus ductus non procul
a duodeno in duos canales divi-
sus VI. 782.
- *succus pancreaticus* II. 684. III.
546. eum transfudationis ope se-
cerni II. 133. ejus sapor diver-
sus III. 546. infipidum esse V.
146. congruit indoli salivae I.
778. usus *ibid.* bili mixtus chy-
lum ab alvinis faecibus segregare
non potest III. 546. sed eum
diluit *ibid.* ejus fluxus impeditus
melancholie causa V. 473.
- *pancreas scirrhosum* orificium
choledochi comprimens III. 272.
scirrhosum in femina hydropica
VII. 143.

- Pancreas Asellii vid.* Lumbales
glandulae.
- Pandiculatio* ab oscitatione distin-
guitur IV. 717.
- Panniculi carnosi* in brutis obvii lo-
co in homine reperiri fibras mu-
sculares solitarias III. 85.
- Panspermia* proponitur V. 80. sqq.
- Papillae cutaneae*: sententiae vario-
rum de iis IV. 5. papillae in va-
riis corporis partibus a Ruyshio
demonstratae quid esse videan-
tur I. 625. earum administratio
VII. P. II. 4. earum diversa fi-
gura 5. papillae cutaneae cur
depressiores papillis in lingua I.
127. papillae quae filorum re-
ferunt speciem in quibusnam
corporis locis reperiuntur VII. P.
II. 5. figuram subrotundam ha-
bentes ubinam reperiundae VII.
P. II. 7. earum fabrica VII. P.
II. 11. divisio in simplices atque
compositas 13. differunt respe-
ctu aetatis, vitae generis, cor-
poris habitus 17. papillas cuta-
neas habere arterias, venas, &
nervos IV. 5. arteriolae quo ino-
do se habeant in compositis VII.
P. II. 13. papillarum venae 15.
nervi 16. qua ratione nervi ad
eas decurrant IV. 6. esse promi-
nentias ipsius cutis IV. 5. pa-
pillae nerveae digitorum II. 970.
972. an in digitis unguibus con-
tinuentur VII. P. II. 30. esse or-
ganon tactus IV. 5.
- Paracentesis* in quibusnam hydropi-
cis instituenda I. 830. paracen-
teseos in abdomen institutae ex-
empla VI. 749.

R

Paraly.

Paralyssis quo modo oriatur III. 569. causam, quod dextro cerebri lateri laeso, potius sinistri lateris nervi resolvantur, & contra, in primis in corpore calloso esse querendam VII. 442. in paralytico plexus choroidaeus cerebri corpusque striatum adfecti lateris vitio adfectum II. 845. paralyticorum pulsus & in parte adfecta & in sana aequa magnus est VII. 361. paralytici se^{tio} qui per septem annos sine sensu & motu vixerat *ibid.*

Paraphrenitis: facies cur in hoc morbo rubeat II. 805.

Parenchyma Stahlianum refutatur II. 607. non esse subitanei ruboris in facie sedem II. 799.

Parietalia ossa vid. Bregmatis ossa. **Parietaria** quo modo ovala sua foecundet VI. 658.

Paristhnia vid. Tonsillae.

Parotidis glandulae descriptio I. 31. IV. 725. VII. 205. secretionis in illa ratio I. 33. plures habet arterias quam venas I. 32. arteriae in initia ductus secretorii desinunt *ibid.* liquore in ductum Stenonianum infuso, tota glandula tingitur III. 522. an haec an vero maxillaris glandula cerebrius ad salivam eructandam inpellatur I. 35.

--- glandula conglobata in medio ejus posita VII. 205.

--- ductus excretorius *vid.* Ductus Stenonianus.

Parotides ileo supervenientes quid significant I. 546.

Parturientium adfectus V. 271. parturientes oscitare malum IV. 742. Partus disparis magnitudinis fetus um V. 371. partus plurium fetuum quo modo diverso tempore fieri possit V. 361.

Partum stimulantes caufae V. 128. partus tempus esse quando fetus alimentum deficere incipit III. 535. ante quadraginta septimanarum spatium nunquam esse perfectum VII. P. II. 316.

Partus dolores cum effluentibus aquis quinto demum die partu naturali sequente V. 125.

--- post partum dolores *vid.* Dolores post partum.

Partus difficilis capitis justae mensurae in primiparis & ubi aquae praecocius effluant VI. 312. quando ossa bregmatis coaleverunt VI. 313. a vitiis uteri & viarum genitalium V. 273. quando matrix nimis angusta est VI. 315. ab uteri & fetus situ perverso V. 122. pellentia in partu difficulti a perverso situ uteri aut fetus rejiciuntur V. 123. partus difficilis quando uteriitus obliquus est V. 314. VI. 315. aut nimis alte in pelvi sedet VI. 315. partum faciliorem esse sub placante in fundo uteri fetus que situ perpendiculari V. 303. placenta in uteri orificio posita quo modo extrahendus fetus V. 311. partus difficilis a placenta non in uteri fundo adhaerente quo modo praecaveri possit V. 318.

I N D E X.

- Partus difficilis a capite nimis magno VI.* 316. sqq. a tumore sanguineo capitis VI. 318. ab hydrocephalo interno VI. 319. VII. 137. pedes si in partu praecesse. rint non malum VI. 311. nisi caput nimis magnum fuerit VI. 322. de noxibus matrum a capitulo num partu VI. 323. noxae infantis VI. 326. quo modo innimnuatur capitis nimis magni volumen, ut extrahatur fetus mortuus VI. 330.
- Partus penitus impediti cura per sectionem caesaream V.* 274.
- Passovant (Daniel) de Vi cordis VII.* 329.
- Passio iliaca vid.* Iliaca passio.
- Patella:* etymologia VI. 211. descriptio 212. ea an quidem gentes destituuntur VI. 216. omnium ultimo in fetu offescit VI. 690. ejus cum genu articulatio VI. 425. ossis facies, & pinguedinis subjectae, in interno articulo exponitur VI. 485. patellae ligamenta VI. 483. sqq. usus VI. 214.
- ... patellae luxatio VI. 217. 219. ... fractura VI. 218. instrumentum ad has fracturas VI. 221. patella fracta facilis per declivia cunibus lapsus VI. 216.
- Patientiae musculus VI.* 708.
- Pauli (Joh. Guil.) progr. ad disp. Ortlobii III. 89. de Siphone anatomico VI.* 1.
- Peaget (Leandri) an musculorum intercostalium & diaphragmatis actio partim voluntaria partim spontanea IV.* 529.
- Pechlinus (Joh. Nic.) de fabrica & usu cordis II.* 311.
- Pecquerus quid lacteorum vasorum invento Aselliano addiderit I.* 613.
- Pectineus musculus VI.* 537.
- Pectoralis musculus:* ejus contractio in experiimento visa III. 662. cum cartilaginibus costarum arte connatus VII. 128.
- Pectus vid.* Thorax.
- Pediculorum ingens numerus in feminâ ex hydrope mortua VII.* 142.
- Pellentia in partu difficiili a perverso situ uteri aut fetus rejiciuntur V.* 123.
- Pellucidas res quo modo videmus IV.* 185.
- Pelvis pinguedo III.* 106. tela celulosa V. 27.
- Pelvis ossium* descriptio V. 378.
- Pelvis renum vid.* Renum pelvis.
- Pemberton (Henr.) de Facultate oculi ad diversas distantias se accommodante VII. P. II.* 137.
- Penis lacertarum V.* 94.
- ... *corpora spongiosa* penis canini V. 94. thalamus Santorini V. 34. corpora cavernosa et si duplice surgant radice, in duo tamen distincta corpora dividi nequeunt V. 341. corpus spongiosum minus vid. Urethrae corpus spongiosum.
- ... *ligamentum suspensorium* V. 94. ligamentum in cane glandulosum V. 34.
- ... penem moventes *musculi* VI. 624. erectors vid. Erector penis.

- Penis vena* radices maiores habet ex glande penis quam ex corpore cavernoso V. 342. penem inflandi modus per penis venam VI. 18.
- *glans vid.* Glans penis.
- *penis incurvatio* morboſa V. 52. aliquando fanguinem pro semine excernit II. 588.
- Pepin (Anton.)* Utrum a mutuo sanguiferorum lactiferorumque uteri vasorum nisu menstrua mulierum purgatio V. 173.
- Perforans musculus* VI. 558.
- Perforatus* VI. 557.
- Pericardii* descriptio II. 209. 313. sq. VII. 263. cur diaphragmati arctissime in homine adnexum sit II. 218. ejus cohaesio cum magnis vasibus cordis II. 210. pericardii processus vasa magna cordis cingens II. 29. sq. quia ratione pericardium in oscitacione movetur IV. 735. tribus constare membranis earumque descriptio II. 211. in quibusdam locis pinguedine notatur III. 104. pericardii usus II. 213.
- *liquor* fero sanguinis similis est II. 675. sanguineo colore rubens visus II. 314. unguinotus visus ibid. cur aliqui pituitosum dixerint ibid. in fetibus tenellis reperitur V. 116. quantitas ejus non semper eadem est II. 214. majori copia in morboſis quam sanis corporibus reperiſi VII. P. 11. 427. multa fuit in homine violenter mortuo VI. 3. nulla aliquando in cadavere VI. 645. hujus liquoris usus II. 315. ejus fontes II. 214. 314. sq. pericardii glandulae an eum eructent II. 214. sq. ex vasis cordis transfudare II. 143. ex glandulis bronchialibus fecerni VII. P. II. 247. foramina in interna ejus superficie conspicua liquorem hunc advehere II. 214.
- *arteriae* a mammaria II. 764. posteriores ex intercostalibus IV. 523.
- *vitia* pericardii quae syncopem producere valent VII. 295.
- pericardium arctissime cum corde undique concretum visum VI. 642. 720. VII. 295. pericardium calloſum & induratum visum ibid.
- ejus defectus II. 980. sq.
- Perinaeum* in fetu majoris est proportionis quam in adulto VII. P. II. 337.
- Perinaei musculi transversi* Albini V. 38.
- Periostium* describitur VII. P. II. 355. externum & internum VI. 374. non mutari in callum ossium fractorum VI. 448. quandoque indurari & in substantiam ossibus similem mutari posse VI. 450. periostii usus VII. P. II. 356.
- Peripneumonia* cur a frigida calenti corpori ingesta VI. 786.
- Peristalticus* motus intestinorum vid. Intestinorum motus.
- Peristaltobylo-pharyngaeus* Winslowi vix peculiaris est musculus I. 215.
- Peritonaeum* quid? I. 353. 391. etymologia vocis I. 391. synonyma

I N D E X.

- nyma *ibid.* figura I. 353. magnitudo *ibid.* duplex substantia I. 354.
 --- *substantia membranosa* duplex non est I. 356. ejus duae superficies I. 358. unde oriatur I. 392. cum nulla alia communiceat aut ab alia oritur I. 357. ejus fibrae V. 358. VII. 485. elasticitas magna I. 357. 393. VII. 485. ejus superficies humore semper madida est I. 358. 393. unde & quem in usum ille fecerunt I. 358. 394. peritonaeum plus forte inspirare quam expirare VII. P. II. 428. superficies interna nullas habet glandulas I. 359. 393.
 --- *substantia cellulosa* I. 354. connexio cum reliquarum partium corporis cellulosa substantia I. 355. connexio cum illa pleurae I. 356. cum cellulosa totius corporis *ibid.*
 --- *pinguedo* III. 105.
 --- *craffities* non ubique eadem est I. 393. eo magis craffitie augeatur quo magis extenditur I. 357. digitri craffitie in hydropica repertum I. 816. peritonaeum in alcitico admodum expansum firmum tamen & craffitum fuit VII. 485.
Peritonaei duplicature quid? I. 364. duplicaturarum enumeratio *ibid.* qua ratione viscera chylopoëia includat I. 363. duplicatura mesenterium constituens I. 365. sq. quo modo ipsa intestina includat 367. sq. duplicatura pro includenda coli sinistra parte I. 365.
 theca triangularis duodeni pattem continens 367. duplicatura pancreas involvens 371. hujus duplicaturae vasa & nervi 372. quo modo omentum magnum & parvum constitutat *ibid.* & sq. quo modo ventriculum involvat *ibid.* productio lienem involvens I. 374. duplicatura a foramine quadrato diaphragmatis ad umbilicum usque protensa I. 375. quo modo hepar involvat *ibid.* & sqq. duplicatura venam umbilicalem includens I. 378. V. 643. triplex plicatura ab umbilico ad vesicam urinariam I. 378. quo modo viscera uropoeia includat I. 362. quo modo vesicam urinariam I. 380. III. 308. V. 26. 720. quo modo involvat uterum I. 380. sq. quo modo tubas Fallopianas 381. plica semilunaris in ima pelvi ejusque in feminis magnitudo V. 27.
 --- propriæ loquendo nulla viscera in sacco suo continet I. 383.
 --- nullibi perforatum esse experimento docetur I. 383.
 --- processus seu productiones externæ I. 355. processum a transversalis tendine seorsim fuisse permisum VI. 589.
Peritonaei vasa sanguifera, lymphatica & nervi I. 359. sq. 372. arteriae VII. 485.
 --- usus I. 384.
Perniones quo modo orientur II. 593.
Peronœus musculus anticus VI. 553. ejus tendo VI. 504.

- Peroneus posticus* VI. 555. ejus tendo VI. 505. geminus repertus III. 349.
- Perspiratio vid.* *Transpiratio.*
- Pedis articulorum superiorum & inferiorum harmonia* VI. 494. *pedis extremi* juncturae & glandulae VI. 428. ligamenta extima & communia, tendinumque vaginae VI. 503. 576. ligamenta propria VI. 505. sqq. 576. musculi VI. 552. 627.
- venae semper binae in pedibus usque ad genua conspicuntur, inter quas arteria collocata est II. 538.
- foetor pedum *vid.* Foetor.
- stupores pedum a calculo in ureteribus II. 907.
- spasmus cynicus ex dolore digitorum pedis II. 907.
- phthisis ex ulcere pedum VI. 236.
- Pes hippocampi* *vid.* *Cornu Ammonis.*
- Pestalossi* (*Anton. Joseph.*) de nutritione III. 677.
- Peste* demortuorum cadavera sunt incongrua skeletopoeiae subjecta VI. 61.
- Periti* figura de nervi intercostalis origine censura notatur II. 913.
- Petsche* (*Joh. Zach.*) Sylloge anatomicae observationum VI. 763.
- Petro-salpingo-pharyngaeus* musculus I. 217.
- Petro-salpingo-staphylinus* I. 214. 216. 218. VI. 592.
- Petrosus processus ossis temporum* VI. 277.
- Peyerus* ruminatem optime descriptis I. 286.
- Phantasia* *vid.* *Imaginatio.*
- Pharynx* quid? VII. 6. membrana pharyngea posterius & superius investiens I. 217.
- Pharyngis musculi* I. 217. VI. 592. 616.
- Pharyngo-staphylinus* musculus I. 212. VI. 618. VII. 207. ejus fibrae salpingo-staphylinum tangentes I. 214. adhaerent tendini posteriori sphaeno-salpingo-staphylini I. 215. ejus partem pro peculiari musculo olim habuit Waltherus *ibid.* ejus actio I. 212. actionem juvat tendo sphaeno-salpingo-staphylini I. 215.
- Phlogosis* quid? II. 807. de phlogosi in scorbuto & hypochondriorum morbo *ibid.*
- Phosphorus* Kunkelii II. 682. sq.
- Phreniticis* vasa durae matris turgent II. 824. causam proximam phrenitidis verae non esse inflammationem durae matris VII. 464.
- Phrenicae arteriae* *vid.* *Diaphragmaticae.*
- Phrenici nervi* *vid.* *Diaphragmatici.*
- Phthisis* an ab uvulae defectu I. 189. sq. phthisis ex ulcere pedis cum carie VI. 236. visus acies cur in phthisi sit inminuta II. 905. cur pili defluant IV. 13. vomitoria quando a phthisi praeservent II. 961. usus lactis in ea V. 768. phthisi defunctorum sectiones anatomicae I. 484. VII. 128. hujusmodi cadavera incongrua sunt skeletopoeiae subjecta VI. 61.

I N D E X.

Piae matris structura II. 833. telam esse cellulosam II. 836. sq. ei duplicaturam perperam adscribi II. 837. sq. etsi in medulla spinali in duas dividatur membranas II. 840. an in motu durae matris loco tendinum sit? II. 832.

Pica gravidarum unde III. 514.

Piccolhomineus (*Archang.*) quid de venarum valvulis illi notum fuerit II. 58. quo modo nervos capitis numeraverit II. 943.

Pilorum in embryone genesis V. 120. an sint partes corporis viventes III. 505. eorum radices glandulosas esse III. 561. bulbosam non habent radicem III. 506. nec vesiculos tubulos per longitudinem pili extensos *ibid.* nec excretoria vasa III. 507. ex materia glutinosa constare III. 561. ex solis fibris longitudinalibus conflantur III. 507. absque va-
fis sanguiferis etsi in plica san-
guinem stilett III. 506. pili fi-
brarum subcutanearum propagati-
nes non sunt III. 507. eorum fe-
des VII. P. II. 44. eam in pin-
guedine esse experimentis ostendit
ur 45. sqq. pilos non cresce-
re intus inspectione sed juxtaposi-
tione partium uti lapides III.
505. pilis integre destructis no-
vos iterum crescere posse VII. P.
II. 50. pilus talis renascitur qua-
lis evulsus fuit IV. 12. eorum re-
generatio quo modo impediri
possit *ibid.* pilorum & unguium
convenientia VII. P. II. 23. 27.
eorum fabrica iconibus declara-
tur VII. P. II. 63. pili in primis

tactui inserviunt IV. 13. eorum
fabrica copiosioris secretionis un-
guinis cutanei causa est VII. P.
II. 56. defluxus in phthisicis IV.
13. pili in ovario reperti V. 244.
Pinealem glandulam esse animae se-
dem III. 531. ejus defectus II.
687.

Pinguedinis natura III. 557. in ro-
bustis spissiorem esse III. 115.
per microscopium visa VI. 391.
ejus disquisitio chemica VI. 394.
sqq. sedem esse tunicam corpo-
ris cellulosam VI. 666. cellula-
rum pinguedinem continentium
fabrica VII. P. II. 39. pinguedo
cum medulla ossium comparata
VI. 389. de pinguis materiae
origine & secretione III. 108.
pinguedinis secretio quo modo
fiat II. 142. omnem ex arteriis
deponi III. 557. an per cutem
transfudet VII. P. II. 54. eam a
venis reforberi III. 110. eam in
sudore colliquativo consumi III.
558.

--- pinguedinis in variis corporis
partibus diversitas III. 83. in
oculis vitulinis reperta VI. 667.
pinguedo replens cellulosam fi-
bris linguae interpositam I. 117.
pinguedinis hujus administratio
anatomica I. 118. ejus usus *ibid.*
pinguedo faucium III. 103. pin-
